

Observationes metricae in poetas elegiacos Graecos et Latinos.

Pars prior.

Praefatio.

Verum si est, literis id esse propositum, ut non solum opiniones antiquitus traditas et per longa saecula intactas et vulgo creditas examinent et quid valeant explorent, sed etiam novas quaerendi vias et rationes demonstrent, nemo erit, qui neget, nostram aetatem praeter ceteras grave id onus suscepisse et omni cura diligentiaque in eam rem incambere. Sed quamvis haud paucos priorum temporum errores sustulerit, abunde tamen superesse cognosces, in quibus quid possis experiare, solent enim plerumque tolli majora et graviora vitia, quippe quae maxime sint conspicua, dum minora et leviora quamdiu vigeant et quasi per manus tradantur mirabile est memoratu. Quae cum ita se habeant, nescio num reperiatur ars, quae quid olim peccatum sit, tam clare et luculente in lucem edat quam quae adhibitis numeris demonstrare studet, quae rationes inter totum et singulas partes intercedant: et quatenus congruant et quatenus inter se discrepent. Quo melius ea quam dicimus ars variis in literarum generibus successit, eo magis confidere possumus, fore ut ea in grammaticis quoque quas profiteremur rebus optime eveniat. Consilium enim est nobis adjutrice illa arte de distichi natura ita scribere, ut et qualis illa sit apud veteres poetas quam maxime explanemus et errores, qui passim in prosodiam maxime quam vocant sese insinuaverint, tollamus. Pertinet sane primo aspectu id quod tractandum nobis proposuimus ad meram poeseos formam et res minoris ne dicam minimi momenti videtur esse, quia nihil commune ei esse ais cum eo quod fundamentum est omnis artis poe-

ticae, argumentum dico, at noli oblivisci, ut in omni carmine et forma et argumentum inter se connexa et apta esse debeant, ita quam praeclarissime ea inter se cohaerere in antiqua poesi, cujus numeri formarum elegantissimis orbem terrarum non solum affectaverint sed expugnaverint, et si de ulla, de Graecorum et Romanorum poesi valere, quod Schillerus noster, cum Wallensteinianam fabulam componeret, Goethio suo scribit: „Ich habe mich noch nie so augenscheinlich als bei meinem jetzigen Geschäft überzeugt, wie genau in der Poesie Form und Stoff, selbst äussere zusammenhängen“.

Sed priusquam disputandi initium facimus libere profiteamur, nos multum debere praeclaris Drobischii nostri de hexametro epico commentationibus, quas hoc titulo inscriptas ein statistischer Versuch über die Formen des lateinischen Hexameters in actis Societatis Regiae Lipsiensis annorum hujus saeculi LXVI et LXVIII vir ille doctissimus scripsit.

Qui cum prioris commentationis capite VI. se poetas elegiacos non esse tractaturum affirmet, liceat nobis libelli quo ad Scholae Nicolaitanae sollemnia celebranda invitatur munere ad nos delato, quod vir ille non fecit etsi minore rerum notitia, tamen — ita enim confidimus — non minore diligentia addere.

Ut epici carminis, ita elegiaci inventores Graeci fuere, a quibus utrumque sicuti fere omnia poeseos genera ad Romanos migravit. Constat antiquissimis temporibus elegos non valde distulisse ab carmine epico, id quod optime ipso numero docemur, qui tam similis heroico est versui, ut ex illo hunc ortum esse si contendas a vero non aberres. Non male comparavit Otofredus Muellerus in historia liter. Graecar. hexametrum cum viro, pentametrum cum ejus uxore, fideli ac firma viri comite. Quid autem veteres soli metro tribuerint, optime ex eo intelligitur, quod ipsa poeseos genera a solo numero, non ab argumento quod tractent denominata esse certum est. Nihil omnino reperitur, quod nostra admiratione magis dignum sit quam mira illa metri elegantia et subtilitas, qua in pangendis carminibus veteres poetae et Graeci et Latini excelluerint. Quamvis quam maxime varia sint argumenta, in quibus tractandis poetae elegiaci versentur, aequae enim bellum et pacem praedicant, aequae amorem et vitam rusticam laudant, nihil tamen aptius ad omnes has res concelebrandas disticho videtur. Sed unde hoc? Quod natura sua distichon tot numerorum mutationibus abundat, quot primo obtutu vix opineris. Quapropter fieri non potest, quin vario modo de distichi na-

tura judicetur: aut singulorum pedum ratio habetur et quomodo dactyli spondeos et hi illos excipiant et quantus utrorumque numerus sit demonstratur, aut caesurarum quas vocant varietas exploratur. Illud ubi exactissimo judicio examinaueris, disciplinam efficies, quam Drobischius in fine prioris commentationis hexametri osteologiam dicit, hoc ubi persecutus fueris, constitues auctore eodem viro syndesmologiam. De eo autem, quod ejusmodi observationibus efficitur, idem vir doctissimus in praefatione l. l. tam clare exposuit, ut vix habeam quod addam nisi hoc, cautum judicem ut ex carminis argumento ita ex forma cognoscere, qualis fuerit poeta et, ubi haec ab usitata nimis discrepet, eum satis habere quod dubitet, num genuinum sit carmen necne, cujus rei probandae fore ut in iis, quae proximis paginis disputaturi simus, facultas nobis offeratur, speramus *).

Disciplina, quae distichi ossa, ut Drobischii verbis utamur, seu pedes tractandos sibi sumit, diversa ratione agere potest, aut distichon tanquam corpus unum intuens hexametrum una cum pentametro examinat, aut illum seorsum ab hoc tractat. Quamvis non pauci reperiantur versus, in quibus hexameter sui ut ita dicam juris sit, negari tamen nequit maximam partem utrumque tam arte inter se nexum esse, ut haec tractandi ratio minime displiceat. Si nihilominus ab ea via devertimus, qua incedendum esse ipse Drobischius dicit, temere factum esse

*) Teneri non possumus, quin ima pagina apponamus, quae Drobischius tam apposite ad persuasionem in fine alterius disquisitionis dicit: „Für jeden einzelnen Hexameter ist die Wahl zwischen den 16 möglichen Formen desselben unbeschränkt; denn keine von ihnen ist unzulässig. Auch bestätigt dies die völlige Regellosigkeit, mit der bei den Dichtern die Formen der aufeinanderfolgenden Hexameter wechseln. Vergleicht man aber eine sehr grosse Anzahl von Versen, so zeigt es sich, dass diese Freiheit der Wahl zwar nicht aufgehoben, aber durch ein Gesetz beschränkt wird, welches in sehr entschiedener Weise für jede jener Formen eine höchst ungleiche, aber quantitativ bestimmbare Frequenz ihres Gebrauches fordert. Es macht sich also auch in diesem Gebiet das sogenannte Gesetz der grossen Zahlen geltend, und erhält die Moralstatistik, welche an der Gleichmässigkeit, mit der sich in der menschlichen Gesellschaft gewisse willkürliche Handlungen in gleichen Zeiträumen wiederholen, eine verborgene Gesetzmässigkeit aufgewiesen hat, einen neuen und eigenthümlichen Zuwachs. Denn die willkürlichen Handlungen, welche bisher die Moralstatistik in Rechnung zog — Heirathen, Verbrechen, Selbstmorde — sind solche, welche von einer Vielheit verschiedener Individuen innerhalb eines gewissen Zeitabschnittes vollzogen und in den nachfolgenden gleichen Zeiträumen im Allgemeinen (d. h. mit Ausnahme der zweiten und dritten Heirathen und der neuen Uebelthaten schon bestraffter Verbrecher) von andern Individuen desselben Bevölkerungskreises in fast constanter Zahl wiederholt werden. Unsere Untersuchung dagegen bezieht sich auf eine Vielheit gleichartiger willkürlicher Handlungen eines und desselben Individuums, nämlich des unter den 16 zulässigen Versformen beliebig wählenden Dichters, und weist nach, dass dieses Individuum, wenn auch im Einzelnen oft nach bestimmten Absichten wählend, doch im Grossen und Ganzen ein Gesetz befolgt, dessen es sich wenigstens in abstracto nicht bewusst ist, sondern das es instinctiv vollzieht“.

negamus, quod hoc nostro tractandi modo cuilibet, cujus interest, facultas datur, accuratius examinandi, quomodo hexameter elegiacus differat ab epico.

Omnis hexameter et pentameter, cum de ossibus seu de syllabis brevibus et longis agitur, ex quibus constant singuli pedes, in duas partes secandus est, quarum altera, quae est hexametri, priores quatuor et quae est pentametri, priores duos pedes, altera in utroque versu pedes qui restant complectitur. Jam ommissa interim hac parte de qua postea dicendi erit locus, dicamus de illa et primum quidem de hexametri parte priore. Continent quatuor quos dixi pedes sedecim mutationes, quarum ordo exemplis Ovidianis additis infra sequitur; quintus enim et sextus pes, exceptis paucis spondiazontibus, facile negligi potest, cum eandem exhibeant formam:

dsss: Conscia mens recti fama mendacia risit.
 dsds: Disce bonas artes, moneo, Romana juvenus.
 dssd: Pectoribus mores tot sunt quot in orbe figurae.
 dsdd: Tempora labuntur tacitisque senescimus annis.
 ddss: Regia, crede mihi, res est succurere lapsis.
 ddds: Mitius ille perit subita qui mergitur unda.
 ddsd: Gutta cavat lapidem. consumitur annulus usu.
 dddd: Omnia deficiunt. animus tamen omnia vincit.
 sdss: Curando fieri quaedam majora videmus.
 sdds: Non hic pampineis amicitur vitibus ulmus.
 sdsd: Cur sit virgineis, quaeris, dea culta ministris?
 sddd: Scribentem juvat ipse favor minuitque laborem.
 ssss: Jurabant omnes in laesi jura mariti.
 ssds: Ut desint vires tamen est laudanda voluntas.
 sssd: Quid cessas currum pompamque parare triumphis?
 ssdd: Pro Troja, Romane, tua Venus arma ferebat.

Pentametri mutationes quot et quales sint primis sedibus, optime cognosces ex initio elegiae secundae libri V. Propertii, quod hic appono:

Quid mirare meas tot in uno corpore formas?
 Accipe Vertumni signa paterna dei.
 Tuscus ego, et Tuscis orior, nec paenitet inter
 Praelia Volsinios deseruisse focos.
 Haec me turba juvat, nec templo laetor eburno:
 Romanum satis est posse videre forum.
 Hac quondam Tiberinus iter faciebat et ajunt:
 Remorum auditos per vada pulsa sonos.

Sunt igitur prioris pentametri partis formae hae: ds dd sd ss.

Cum hexameter quinta in sede, exceptis versibus spondiazontibus, semper sit dactylicus haud erraveris, si hexametros dactylicos eos appellas, quorum prior pars plures continet duobus dactylis, hexametros aequos seu pares eos, quorum dactyli aequiperant spondeos, hexametros spondiacos, qui abundant spondeis. Inde efficitur hic versuum ordo:

hexametri dactylici: h. aequi: h. spondiaci:

dsdd dsds dsss

dddss dssd sdss

ddsd ddss ssss

dddd sdds ssds

sddd sdsd sssd

ssdd

ex quo ordine apparet, formis uberiores esse hexametros aequos (6), pares esse formas h. dactylicorum et spondiacorum (5). In pentametris autem, quorum altera pars sine exceptione dactylica est*), versus spondiaci nulli reperiuntur, omnes aut dactylici aut pares sunt.

Caput I.

De compositione metrica distichi Graeci.

§. 1.

De hexametro elegiaco.

Quo major requiritur versuum copia, ut usum demonstrare possimus, qui est apud poetas, eo magis dolendum est, quod reliquiarum quotquot supersunt longe plurima pars et imperfecta et corrupta et spuria tam multa continet, ut difficilimum sit, aperte scribere, quam viam ingressi sint poetae elegiaci* Graeci. Omnium longe uberrimam materiam offert Theognis, cui hanc ob causam primum tribuimus observationis nostrae locum, alterum iis concedimus poetis, quorum carmina in Bergkii editione poetar. lyricor. minore ante Theognidem, tertium denique locum iis, quorum fragmenta post Theognidem relata sunt. In illis praeter alios

*) Luc. Müller de re metrica p. 145: In pentametri posteriorem partem spondeum admittere ne christianorum ultimi sustinuerit.

Tyrtaeum Mimnermum Solonem, in his Aristotelem Hermesianactem Callimachum invenies receptos.

Imperfecta disticha ad unum omnia h. e. ea quorum solus hexameter vel pentameter traditus exstat, non recepimus, quippe quibus qua metrica ratione ambo versus inter se conjuncti sint, demonstrari nequeat.

Deductis 26 spondiazontibus exquirimus 1343 versus, quorum sunt 685 Theognidei, 277 eorum poetarum, quos secundo, 381 eorum, quos tertio loco commemoravimus. Tabula infra addita brevi in conspectu ponit, quibus potissimum poetae Graeci inter sedecim hexametri formas faverint et quibus minus faverint. Prior numerus in hac ut in omnibus tabulis, quas procedente libello apponemus, indicat, quot cujusvis speciei versus apud hunc vel illam poetam legantur, alter numerus addit, quot versus sint inter centenos. Ordo ipse formarum est is, quo Drobischius in secunda commentatione usus est.

Tabula I.

Formae:	Theognis.	Ante- theognidei.	Post- theognidei.
dsss	2 0,3	1 0,4	6 1,6
dsds	40 5,8	14 5,1	21 5,5
dssd	43 6,3	6 2,2	24 6,3
dsdd	122 17,8	48 17,3	69 18,1
ddss	9 1,3	4 1,4	6 1,6
ddds	33 4,8	6 2,2	30 7,9
ddsd	30 4,4	12 4,3	24 6,3
dddd	86 12,6	51 18,4	55 14,4
sdss	3 0,4	2 0,7	1 0,3
sdds	39 5,7	18 6,5	29 7,6
sdsd	27 3,9	6 2,1	13 3,4
sddd	126 18,4	48 17,3	52 13,7
ssss	2 0,3	1 0,4	1 0,3
ssds	29 4,2	11 4,0	12 3,2
sssd	21 3,1	9 3,3	7 1,8
ssdd	73 10,7	40 14,4	31 8,1
	685 100	277 100	381 100

Neminem effugere potest, paulo accuratius hac tabula oculis perlustrata, id esse omnium poetarum carminibus commune, ut quatuor illorum quos fecimus ordinum prima quaeque series numeris minima, ultima seu quarta numeris maxima

sit, ut crescat igitur numerus a prima quaque serie ad quartam, ita tamen, ut tertia quaque in serie paullo decrescat. Nonne mira haec congruentia, quae eo magis legentium animos obstupescit, quo magis diversa fuerunt tempora, quibus vixerunt poetae illi, et argumenta, quae ab iis tractantur?

Sed aliud est, quod illico in oculos incidit. Observabis enim poetas Graecos promiscue a dactylis et spondeis initium facere et paullo tantum majorem esse numerum principiorum dactylicorum numero spondiacorum. Noli negligentia hoc praeterire, in eo enim summum discrimen quod inter elegiacos Graecos et Romanos intercedat positum esse mox cognosces. Quo major autem, ut infra demonstrabimus, dactylorum abundantia est Graeco sermoni, eo mirabilior res habetur, quod negari nequit, multum differre numerum, cui sit principium dactylicum a numero, cujus in capite unus vel complures spondei legantur. Ne temere hoc disputasse videamur, comparentur inter se hi versus Graeci et Latini, quorum qui priorem obtinent locum initia dactylica, qui alterum spondiaca habent:

Dactylus unus in capite:	<i>Τεθνάμεναι γὰρ καλὸν ἐπὶ προμάχοισι πεισόντα</i>
	Fallit, et in nymphæ Sagaritide desinit esse
Spondeus unus - - -	<i>Τὴν δ' αὐτοῦ προλιπόντα πόλιν καὶ πύργους ἀγρούς</i>
	Mittuntur proceres. Phrygiae tunc sceptrâ tenebat
Dactyli duo - - -	<i>Αἴψα δὲ δυσμενέων ἀνδρῶν ἔτρεψε φάλαγγας</i>
	Cymbala pro galeis, pro scutis tympana pulsant
Spondei duo - - -	<i>Οὐδ' εἰ Κυκλώπων μὲν ἔχοι μέγερθός τε βίην τε,</i>
	Sed nondum fatis Latio sua numina posci.
Dactyli tres in priore parte:	<i>ὦ νέοι, ἀλλὰ μάχεσθε παρ' ἀλλήλοισι μένοντες</i>
	Pars clypeos rudibus, galeas pars tundit inanes
Spondei tres - - -	<i>Μηδ' ἀνδρῶν πληθὺν δειμαίνετε, μηδὲ φοβεῖσθε</i>
	Tum laeva Creten, dextra Pelopeidas undas
Dactyli quatuor in priore parte:	<i>Ἀλλὰ τις εἶ διαβάς μενέτω ποσὶν ἀμφοτέρωσιν</i>
	Et modo: „Tolle faces!“, „Remove“ modo „verbera!“ clamat.
Spondei quatuor - - -	<i>Δήμον τε πλήθει νίκην καὶ χάριτος ἔπεσθαι</i>
	Obscurae sortis patres ambagibus errant

Haec discrepantia, quae ex diversis nascitur initiis parum, quantum video, aestimata est, longe enim aliud esse contendo, utrum in capite versus sint dactyli an spondei. Unus vel complures dactyli in principio collocati, toti versui speciem, ut ita dicam, dactylicam imponunt, ut spondei qui sequuntur, etsi eorum durities non prorsus infringatur, minore tamen gravitate incedant. At spondeus, ubi pri-

mam vel primas occupat sedes, qua est gravitate insequentium dactylorum levitati multum officit. Proprio, non translato sensu, ut plerumque fit, valet hic notum illud Hesiodi vel Pythagorae proverbium: ἀρχὴ δὲ τοῖς ἡμῶν παντός. Sed ad hoc quod diximus revertendi locus dabitur apud poetas Latinos.

Cum sedecim inter se diversas esse hexametri formas esse sciamus, fieri potest, quamvis nusquam hoc factum esse observaverimus, ut in centenis hexametris forma quaeque plus sexies (6,25) legatur, quem numerum rerum mathematicarum periti medium appellare solent. Superant apud omnes poetas fere duplo vel etiam triplo hunc numerum soli numeri quartae, aequant nonnullis locis secundae et tertiae, nusquam autem eum attingunt primae cujusque seriei membra. Luce clarius tabula nostra demonstrat, formas ejus seriei, quae sit cujusque ordinis quarta, in deliciis omnibus poetis Graecis fuisse, deinde sequi secundae, tum tertiae, denique quartae seriei formas. Jam qualia sint principia versuum et quanta summa dactylorum et spondeorum et quot sint versus dactylici, spondiaci, aequi, docet adjecta haec tabula:

Tabula II.

		Theognis.	Ante- theognidei.	Post- theognidei.
Initia	dactyl.	365 53,3	142 51,3	235 61,7
	spond.	820 46,7	135 48,7	146 38,3
Summa	dactyl.	1794 65,5	745 67,2	1019 66,9
	spond.	946 34,5	363 32,8	505 33,1
Versus	dactyl.	397 57,9	165 59,5	230 60,4
	spond.	57 8,3	24 8,7	27 7,1
	aequi	231 33,7	88 31,8	124 32,5
		685 100	277 100	381 100

Facile apparet, ut primum de principiiis versuum dicamus Callinum Tyrtaeum Mimnermum alios, qui praecedunt aetate Theognidem, fere promiscue in hexametri capite dactylum vel spondeum, Theognidem saepius primo loco dactylum posuisse, Alexandrinos autem, qui plurimi tertium tabellae obtinent locum, ibi dactylum ita praetulisse, ut de tribus hexametris fere duo a dactylis exordiantur. Quomodo hos aetatis inferioris poetas elegiacos Romani imitati sint, quod attinet ad hexametri principium, postea explanandi erit locus.

Summa dactylorum et spondeorum, cujus numeri secundo tabellae ordine additi sunt, nos docet linguam Graecam altero tanto uberiorem esse dactylis quam spondeis et linguam Latinam dactylis longe superare, unde factum

esse liquet, quod versus dactylici multo praestent spondiacis et aequis, ita ut numerus versuum dactylicorum versibus spondiacis septies, versibus aequis quater major sit. Num hac ex parte discrepent carmina poetarum Romanorum necne, suo loco videbimus. Praeferunt igitur poetae elegiaci Graeci dactylum, ut optimo jure hexameter elegiacus metrum dactylicum appelletur. Quare si pueros versus Graecos pangendi artem in scholis doceremus, dicere nobis liceret, hexameter esse metrum dactylicum et concessum esse, ut hic illic et quidem quavis sede pro dactylo spondeus inseratur. At idem praeceptum nunquam valere de versibus Latinis, iis, quae de numeris poetarum Romanorum disputaturi sumus, demonstratum iri speramus.

Ex additis tabellis multa alia colligi possunt, qualia tam facete in commentationibus suis fecit Drobischius neque indignum videtur ea, quae vir ille doctissimus de hexametro epico inquirens repperit, cum elegiaco componere, at hoc nunc facere longum est, nam non solum priorem hexametri sed etiam ejus alteram partem, et ut hexametri ita pentametri naturam exquirere nostrum est. Itaque pergimus ad

hexametri exitum. Commemoravimus inter eos versus, quos in examen vocavimus, fuisse viginti sex spondiazontas, h. e. inter centenos hexametros elegiacos unum (accuratius 1,2) esse spondiazonta, quod, ubi comparas cum Homero, intelliges quanto spondeis ditius sit carmen epicum, nam primus Odysseae liber, qui est 444 versuum, continet eundem spondiazonton numerum, quem omnia exhibent elegiaca carmina a nobis perlustrata. Sed in altera hexametri parte nostra potissimum interest scire, quot syllabarum sint clausulae. Quod ut facilius intelligatur, apponimus hunc conspectum:

Tabula III.

Clausulae:	Theognis.		Ante- theognidei.		Post- theognidei.	
monosyllabae	17	2,5	13	4,7	5	1,2
bisyllabae	260	37,4	92	26,5	153	35,7
trisyllabae	310	44,7	127	51,9	175	47,0
quadrisyllabae	90	12,9	33	11,9	45	11,3
quinque syllabar.	17	2,5	14	5,0	17	4,3
sex syllabarum	—	—	—	—	2	0,5
	694*) 100		279**) 100		397***) 100	

*) Adjecti sunt 8 spondiazontes et 1 versus imperfectus.

**) Adjecti sunt 2 spondiazontes.

***) Adjecti sunt 16 spondiazontes.

Quamvis numerus clausularum trisyllabarum eo paululum auctus sit, quod ei adjecimus clausulas bisyllabas praecedente monosyllaba voce, vel his detractis trisyllabae voces in exitu elegorum Graecorum principem obtinent locum, proxime ad eas accedunt bisyllabae, tum trisyllabae, ultimum denique locum occupant clausulae et unius et quinque syllabarum, quae fere pares occurrunt. Clausulae sex syllabarum rarissimae leguntur.

Procul dubio legentibus dulcissime sonant clausulae trisyllabae et bisyllabae, quippe quae optime et elegantissime versum claudant, vitant enim accentum qui est praeter naturam et efficiunt caesuram, quae numerum poeticum auget, de qua re plurimis verbis bene exposuit Fiedlerus in libello, qui inscribitur: Die Verskunst der latein. Sprache, pag. 46 sequ. Contra abhorrent ab aurium approbatione exitus qui sunt complurium syllabarum, quos si multo frequentiores in poetis Graecis viderimus esse, quam in Latinis, hujus rei causam minus ex liberiore Graecorum usu repetemus, quam ex ipsa sermonis Graeci natura, quae tot nominibus et in his adjectivis compositis complurium syllabarum abundat, ut iste exitus quasi nolentibus poetis adducatur. In clausulis unius syllabae discrimen faciamus necesse est, utrum vox in fine hexametri posita accentu sit ornata necne, i. e. ut exemplo utar, utrum versus sit veluti hic constructus: *οὐ γὰρ τις κείνον δῆτων ἔτ' ἀμεινότερος φῦς* an veluti hic: *θνητοὶ δ' ἄδε νοεῦμεν ὁμῶς ἀγαθὸς τε κακὸς τε*. Clausula determinans in vocabulum, quod, ut more Graecorum loquamur, vel *ἄτονον* vel *ἐγκλιτικόν* est, falso dicitur monosyllaba, quod id vocabulum arte cohaeret cum praecedente. Quod cum ita sit, in conspectu nostro, solos eos locos adjecimus, qui continent voces accentu instructas. Praeterea in omnibus his clausulis monosyllabis multum interest, utrum praecedens vocabulum sit unius an complurium syllabarum. Praecedente unius syllabae voce insolens illud atque grave quod subest ejusmodi clausulae, lenitur atque mitigatur, praemisso complurium syllabarum vocabulo id potius effertur et augetur. Harum clausularum, quae sunt unius vocis, usu valde inter se differunt poetae Graeci et Latini, illos prioris generis, hos exceptis paucissimis locis alterius generis clausulis monosyllabis usos esse cognoscet quicumque obiter carmina utrorumque oculis perlustraverit.

§ 2.

De pentametro Graeco.

Pentametrorum numerus, quem percensemus, paullo major est numero hexametrorum, quia illi nusquam in fine spondiazonta admittunt. In tabula, quam in-

fra adjecimus aestimavimus 691 pentametros Theognidis, 280 poetarum qui aetate praecedunt, 419 poetarum qui succedunt.

Tabula IV.

Formae:	Theognis.	Ante- theognidei.	Post- theognidei.
ds	200 28,9	82 29,3	173 41,3
dd	144 20,8	59 21,1	84 20,0
sd	169 24,5	59 21,1	75 17,9
ss	178 25,8	80 28,5	87 20,8
	691 100	280 100	419 100

Primum id omnibus his ordinibus, duobus exceptis locis, commune est, quod centesimae neque infra numerum vicesimum neque supra numerum tricesimum sunt h. e. similitudo quae inter singulos pentametri pedes intercedit, major est quam in hexametro, uti consentaneum est in minore pedum numero. Deinde numerum medium, qui in pentametro est vicesimus quintus, soli ii superant pedes quorum forma est ds, accedunt prope ad eum numerum pedes in ss desinentes, inferiores manent formae secundi et tertij ordinis.

Addimus huic tabulae alteram, in qua principia dactylica et spondiaca, summa dactylorum et spondeorum, genera versuum dactylicorum et aequorum sub aspectum subjiuntur:

Tabula V.

	Theognis.	Ante- theognidei.	Post- theognidei.
Principia dactyl.	344 49,8	141 50,4	257 61,3
- spond.	347 50,2	139 49,6	162 38,6
Summa dactylor.	657 47,6	259 46,2	416 49,6
- spondeor.	725 52,4	301 53,8	422 50,4
Versus dactylici	513 74,2	200 71,4	332 79,2
- aequi	178 25,8	80 28,4	87 20,8

Collata hac tabula cum tabula secunda optime apparet, qui nexus intercedat inter hexametrum et pentametrum. Paritur ex illa collatione firmissima lex:

Hexameter dactylicus adjungit sibi pentametrum dactylicum et ex contrario hexameter spondiacus adjungit sibi pentametrum spondiacum i. e. quo magis hexametri structura est dactylica aut spondiaca, eo magis quoque pentameter est dactylicus aut spondiacus. Quemadmodum autem natura hexametri dactylica minus ex copia dactylorum et inopia spondeorum nascitur, sed potius ex dactylis in principio versuum collocatis, id quod supra demonstravimus, sic etiam pentametri. Docet tabula secunda singulas dactylorum summas omnium hexametrorum paululum differre, immo versus poetarum qui Theognidem aetate praecedunt plures continere dactylos versibus poetarum eum subsequentium et nihilominus poetas posttheognideos principia multo plura dactylica scripsisse ceteris omnibus. Idem haec tabula pentametrorum demonstrat: summam dactylorum fere omnibus poetis parem esse, paullo minorem poetis antetheognideis, paullo majorem posttheognideis, et tamen poetas tertii ordinis uti longe pluribus initiis dactylicis quam priorum ordinum poetas.

Vix est quod moneamus, leges, quales ex illa arte, quam quasi duces nostrarum observationum secuti sumus, pariantur, non de singulis versibus, sed de majore versuum valere multitudine. Quoties enim in veterum carminibus observantur nobis legentibus hexametri dactylis referti, quibus annexi sunt pentametri spondeorum pleni et quoties pentametri dactylici praecedentibus hexametris spondiacis! At hoc nihil contra nos, nam non de singulis distichis, sed de longiore distichorum serie disputamus, et de hac lex, quam constituimus, in omne tempus valebit et illustribus carminum Latinorum exemplis comprobabitur.

Restat ut de exitu pentametri tabulam apponamus:

Tabula VI.

Clausulae:	Theognis.		Anthe- theognidei.		Post- theognidei.	
monosyllabae	15	2,2	8	1,1	—	—
bisyllabae	233	33,7	82	29,3	115	27,5
trisyllabae	227	32,9	84	30,0	161	38,4
quadrisyllabae	116	16,8	68	24,3	80	19,1
quinque syllabar.	82	11,8	34	12,1	52	12,4
sex syllabar.	17	2,5	5	1,8	11	2,6
septem syllabar.	1	0,1	4	1,4	—	—
	691	100	280	100	419	100

Quamvis finis pentametri eo differat ab hexametro, quod majore ubertate clausularum insignis sit, congruit tamen cum eo, quod in utroque primum obtinent locum clausulae trisyllabae, excepto solo Theognide, apud quem bisyllabae principatum tenent. Ceterarum clausularum qui sit ordo, apposita tabula docet. Constat, usum adhibendi voces multarum syllabarum ut in hexametro sic in pentametro poetis Graecis fuisse tritum et pervulgatum nec habuisse, quod eorum aures offenderet. In pentametro quoque maximam nominum compositorum copiam hujus usus fuisse auctorem, neminem effugit.

His expositis, satis demonstrasse mihi videor, qualis fuerit metrica distichi Graeci natura. Verum inventoris simulacrum id jure appellaveris, nam tale formaverunt Graeci, ut in eo penitus reconditos mores effingerent. In maxima formarum varietate, quarum nulla plane negligitur sed unaquaeque aequo fere modo spectatur, singulis quibusdam eminentibus, omni ex parte speciem aequitatis exhibet. Principiorum dactylicorum et spondiacorum, in quibus fere solis omnia posita esse cognovimus, nullum neque in pentametro neque in hexametro antecedit, idem observas in versuum fine, qui clausulas bisyllabas et trisyllabas non solas admittit. Ut paucis complectar, distichon Graecum in animos legentium penetrat tanquam aliquid quod ab ipsa natura profectum, quod simplex, sincerum, nativum a nimia numerorum morositate abhorret et interpres ingenii Graeci est, quod artem amat, odit affectationem.

Caput II.

De disticho Latino.

Quo minor fuit versuum copia, quam nostris de distichi Graeci commentationibus subjecimus, eo uberiorem materiam nobis praebent Romanorum poetae, de disticho Latino scripturis. Ne quid dubii maneat, percensebimus quidquid est elegiacum in carminibus Catulli, deinde omnes Tibulli et Propertii elegos, denique exceptis metamorphoseon et halieuticon libris ea opera quae omnium consensu Ovidii feruntur esse. Longa et vasta haec materia postulat, ut singulos poetas deinceps tractemus, qua tractandi ratione simul optime doceri potest, quid discriminis inter

quatuor illos artifices elegiae Romanae intercedat. Initium igitur facimus a poeta Veronensi.

§ 3.

De disticho Catulli.

Catullus, summus poetarum lyricorum, quos terra Italica procreavit, primus carmini elegiaco in Latio sedem paravit poetas Alexandrinos praecipue Callimachum secutus, sed in hoc poeseos genere palmam non tulit, libertate enim et licentia, quibus redundant carmina lyrica, carent ejus elegi, rigidus est et durus, ut in argumenti tractatione sic in formae moderatione. Quam proxime quod ad hanc attinet accedat ad poetas Graecos, quorum vestigia tenet, vel ex parvo minorum carminum numero liquet, quae sub Catulli nomine feruntur. Secuti in tabula hic apposita Hauptii editionem, quae Berolini apud Weidmannos prodiit, tripartitum ordinem fecimus ita, ut carmina 65—67 primum, carmen 68 secundum, carmina reliqua, inde a carmine 69 usque ad carmen 116 ultimum obtineant locum. Retinuimus igitur ordinem, quem ab ipso poeta profectum esse, non est quod in dubitationem vocemus (cf. Teuffel, hist. litt. § 201. 7). Detractis 14 versibus spon-diazontibus et 2 paribus, restant 311 versus, quorum 81 primi, 74 secundi, 156 tertii ordinis sunt.

Tabula VII.

Formae:	c. 65—67=86 v. —5 sp.		c. 68=80 v. —4 sp. 2 par.		c. 69—116 =159v.—3sp.	
dsss	27	33,33	18	24,3	34	21,8
dsds	6	7,4	6	8,1	16	10,3
dssd	7	8,64	8	10,8	8	5,1
dsdd	1	1,2	1	1,35	5	3,2
ddss	7	8,64	6	8,1	15	9,6
ddds	2	2,5	2	2,7	5	3,2
ddsd	1	1,2	3	4,1	6	3,8
dddd	2	2,5	1	1,35	0	0
sdss	7	8,64	6	8,1	14	9,0
sdds	2	2,5	1	1,35	11	7,0
sdsd	0	0	4	5,4	0	0
sddd	1	1,2	1	1,35	3	1,9
ssss	10	12,35	13	17,6	19	12,3
ssds	5	6,2	2	2,7	9	5,7
sssd	2	2,5	2	2,7	7	4,5
ssdd	1	1,2	0	0	4	2,6
	81	100	74	100	156	100

Priusquam quae Catullo cum poetis Graecis communia sunt explanemus summa discrepantia, inter omnes poetas Graecos et Latinos intercedens, confirmanda est, quae uti ex parva hac Catullianorum carmina ita multo evidentius ex proximis reliquorum poetarum Latinorum tabulis apparebit et cujus rationem aliam afferre non possumus nisi eam, quam protulit Drobischius l. l. vol. XX. pag. 45, niti illam dissimilitudinem in dactylica spondiacave ratione quae utriusque linguae propria sit*). Est autem haec, ut collatis tabulis secunda et septima cognoscis, quod eae formae, quae poetis Graecis in maximis deliciis sunt, minime frequentes inveniuntur in Latinis, et ex contrario quod formae Romanis maxime usitatae fere ultimum locum obtinent in carminibus Graecorum.

Ut facilius perspiciatur similitudo, quae Catullo est cum poetis Graecis, quos imitatur, addimus conspectum principiorum et clausularum interjectis cum spondeorum et dactylorum summis tum variis versuum generibus.

Tabula VIII.

	c. 65—67.		c. 68.		c. 69—116.		
Principia dactyl.	53	65,4	45	60,7	89	57,0	
- spondiac.	28	34,6	29	39,1	67	43,0	
Summa dactylor.	110	34,0	103	34,8	243	38,9	
- spondeor.	214	66,0	193	65,2	351	61,1	
Versus	dactylici	7	8,6	8	10,8	19	12,2
	spondiaci	51	63,0	45	55,4	86	53,2
	aequj	23*	28,4	25	33,8	54	34,6
Clausulae monasyll.	4	4,6	3	3,8	9	5,6	
- bisyllab.	45	52,4	44	55,0	79	45,9	
- trisyllab.	33	38,4	28	35,0	66	45,4	
- quadrisyll.	4	4,6	4	5,0	4	2,5	
- quinq. syll.	—	—	1	1,2	1	0,6	
	86**) 100		80 100		159 100		

*) Ita enim intelligo Drobischii verba dicentis: Diese reine Umkehrung der Frequenzverhältnisse der Formen wird vollkommen erklärlich, wenn man bemerkt, dass hier (scil. in poetis Graecis) in allen vier Anfangsfüssen des Hexameters der Dactylus den Spondeus überwiegt, indess bei Virgil, Horaz und den meisten römischen Dichtern der Dactylus nur im ersten Fuss, dagegen in den drei folgenden Füssen der Spondeus, am stärksten im vierten, vorherrscht.

**) Adjecti sunt tribus his ordinibus vers. spondiazontes.

Catullum Graecos imitantem cognoscimus, ut leviora mittamus, primum ex frequentiore usu spondiazonton (inter 325 hexametros 14 h. sunt spondiazontes), deinde ex principiis spondiacis saepius admissis, quae cum dactylicis comparata fere eandem exhibent rationem, quae est apud poetas Theognidem excipientes (38,3 : 61,7), denique ex clausulis unius et quatuor et quinque syllabarum, in quarum usu Propertium solum habet similem. Quominus frequentiores clausulae illae apud Catullum obversentur, quam apud poetas Graecos, minus per illum quam per linguam Latinam stare pro explorato habemus.

Similitudinem quam inter carmina Catulliana et exemplaria Graeca intercedere contendimus, pari fere modo ostendit pentameter, cujus tabulam hic apponimus:

Tabula IX.

		carm. 65—67.		carm. 68.		carm. 69—116.	
Formae prioris par- tis:	ds	34	39,5	37	46,3	44	27,7
	dd	18	15,1	7	8,7	15	9,4
	sd	11	12,8	13	16,2	28	17,6
	ss	28	32,6	23	28,8	72	45,3
Principia	dactylica	47	54,6	44	55,0	59	37,1
	spondiaca	39	45,4	36	45,0	100	62,9
Summa	dactylor.	71	41,3	64	40,0	102	32,0
	spondeor.	101	58,7	96	60,0	216	68,0
Versus	dactylici	58	67,4	57	71,3	87	54,7
	aequi	28	32,6	23	28,7	72	45,3
Clausulae	monosyllab.	0	0	0	0	1	0,6
	bisyllab.	30	34,9	42	52,5	59	37,1
	trisyllab.	18	20,9	22	27,5	42	26,4
	quadrisyll.	31	36,1	13	16,2	47	29,6
	quinque syll.	7	8,1	2	2,5	10	6,3
	sex syllab.	0	0	0	0	0	0
	septem syll.	0	0	1	1,3	0	0
		86	100	80	100	159	100

Addita hac tabula praeter ceteras probatur lex, supra a nobis condita, principia pentametri respondere principiis hexametri seu hexametrum qui est in capite dactylicus adjungere sibi pentametrum eodem modo structum. Cum Catullus inter omnes poetas elegiacos Latinos is sit, qui plurima initia spondiaca

scripserit, non est quod miremur, eum iis in pentametri capite saepius ceteris poetis usum esse. Uti hoc frequenti usu spondeorum in initio, sic in fine clausulis quatuor vel quinque syllabarum adhibitis nobis poetarum Graecorum memoriam satis ille affert, ne dicamus de summis dactylorum et spondeorum neque de versibus dactylicis et aequis, quibus exemplaria Graeca fere aequiperat*). Ut paucis igitur complectamur, cum materia tum forma Catullum, primum Romanorum poetam elegiacum, prorsus vestigiis Graecorum insistere ostendit. At quam diversum ab eo invenimus eum, qui tempore proximus est, Tibullum, de quo proxima paragrapho tractabimus!

§ 4.

De disticho Tibulli.

Tibullus primus ut ita dicam pallium exuit, induit togam: relictis Graecorum vestigiis, quos poetae Latini usque ad id tempus secuti erant, Tibulli Musa tota incedit Romana. Nobis enim, quotiescunque hujus poetae carmina relegimus, persuaderi nequit quod, uti ante hos fere viginti annos in versione Tibulli sic hodie iterum in historia liter. profitetur Guilielmus Teuffel, Tibullum videlicet fuisse in primitiis Graecorum sectatorem. Ita enim censet vir doctissimus maxime primo quarti libri carmine inductus, panegyricum Messallae continente, quem Tibullianum esse demonstrandi studiosissimus est, nam quae de ceteris juvenilis aetatis carminibus, imprimis de VII. primi libri carmine affert, non talia sunt, quantum video, qualia non possint poetae juventute excusari. Compares quaeso Schilleri nostri carmina primae quae vocatur periodi cum iis, quae aetate matura progenuit, majorem invenies discrepantiam quam quae reperitur in Tibulli carminibus! Quod vero attinet ad Messallae panegyricum, gaudemus quod novissimum

*) Noli mirari, quod dicimus, Catullum numero dactylorum poetas Graecos fere aequare. Dicta haec sunt de pentametro, non de hexametro. Ex appositis tabulis facile est perspicuum, plurimum interesse, utrum sit hexameter an pentameter, ubi sermo est de summis dactylorum et spondeorum. Quae de dactylorum ubertate linguae Graecae paullo ante disputavimus, ex dinumeratis quatuor prioris hexametri partis pedibus collegimus. At longe aliud efficitur, computata priore pentametri parte, qua frequentiores spondeos admitti graecis in elegis observavimus. Quapropter quod, cum Romanis sit tanta dactylorum inopia, in hexametro Latino nunquam fieri potest, ut numerus dactylorum frequentes hexametri gr. dactylos aequet, factum videmus esse in pentametro, cujus in capite ut in hexametro poetae Latini dactylum studio et amore collocant. Quanta igitur dactylorum ubertas sit utriusque linguae, nunquam pentametro sed solo hexametro accuratissime inspecto docemur.

poetarum elegiacorum editorem artis criticae peritissimum Lucianum Muellerum nobiscum facientem habemus, esse hoc carmen incerti cujusdam auctoris.

Cum poetae Romani perspexissent quam inops esset dactylorum lingua Latina, quaesiverunt, quomodo damnum sarcirent et efficerent ut inopia hujus numeri, quo abundat Graecorum lingua, minus auribus perciperetur. Sic sensim condita est metrica illa ratio, quae unum vel complures dactylos in capite hexametri collocandos curabat, ut secundum ea, quae supra disputavimus, toti versui forma dactylica imponeretur et gravitas quae est in principiis spondiacis submoveretur. Prima hujus dispositionis vestigia in carminibus Catullianis reperimus, in Tibullo autem metrum ad tantam perfectionem perductum videmus, ut vix mente comprehendamus, unde uno veluti ictu talis mutatio nasci potuerit. Sed afferendum est, quod doctus et intelligens carminum antiquorum aestimator, Lucianus Mueller, de eo, quod Tibulli versus elegiaci tanto distant intervallo a Catulli, monet, cujus verba quin hic apponam, temperare mihi non possum. „Vehementer, inquit in praefatione ad Tibull. pag. XXVII, falletur qui putarit Tibulli potissimum provenisse virtute quam miramur in eo distichorum elegantiam, extra dubitationem cum sit positum illud, plurimos poetas qui fuerunt sub initia Augusti id studuisse, ut hexametris pariter ac pentametris cultum adderent ac nitorem. De qua re melius constaret, nisi Galli carmina et Valgii et Varronis cui ab Atace nomen communi litterarum naufragio essent hausta. Nec defecerunt tamen Augusto imperante, qui duriores numeros adhiberent rursus elegis, cujus documentum sat amplum exstant priores tres libri Propertii. Mox tamen auctoritate Ovidii evenit, ut relictis istis modulis cultissima quaeque sectarentur qui disticha pangerent.“

His praemissis jam revertamur ad Tibullum. Est et erit in omne tempus quaestio quae est de incorrupta Tibulli integritate inter difficillimas. Quamvis hodie nemo sit, qui censeat, carmina quotquot sint profecta esse ab eodem poeta, tamen diversissimas dum de tertio libro supposito inter omnes constat, de ceteris carminibus opiniones virorum doctorum esse, eluxit ex iis quae modo de primo quarti libri poemate disputavimus*). Videamus si quid lucis afferat nostra pedes

*) Friedrich Ritschl: Ueber Tib. vierte Eleg. pag. 3: Dass die unter T. Namen auf-uns gekommene Gedichtsammlung ein ebenso ungleichartiges als zerrüttetes Ganzes bilde, bezweifelt heutzutage kein Urtheilsfähiger mehr. Die Ungleichartigkeit zeigt sich nicht nur in sehr abstechendem Kunstwerthe der einzelnen Gedichte und führt auf verschiedene Entwicklungsstufen eines und desselben Dichters hin, sondern nöthigt auch, in Verbindung mit unabwieslichen Indicien directer Art, zur Anerkennung verschiedener Urheber.

examinandi ratio, quae, si quid aliud, demonstrabit, quid singula carmina habeant similitudinis et dissimilitudinis metricae. Usi sumus in conspectu infra adjecto ordine, qui, nisi fallimur, primum a Teuffelio prolatus, carmina libri primi VII. IV. IX. VIII. X. inter primitias et reliqua, exceptis libri quarti versiculis Sulpiciae, quos his in observationibus plane negligimus, inter ea relata vult, quae maturiore aut saltem posteriore aetate Tibullus scripsit, tertium denique librum a Lygdamo nescio quo inferioris ordinis poeta confectum declarat.

Tabula X.

Formae:	I.	II.	III.
	I, 7. 4. 9. 8. 10 =189 h.	I, 1. 3. 5. 2. 6. II, IV, 2-7. 13. 14=507 h.	III, 1-6 =145 h.
dsss	33 17,5	86 16,9	27 18,6
dsds	26 13,8	80 15,8	9 6,2
dsdd	12 6,3	41 8,1	8 5,5
dsdd	6 3,2	37 7,3	4 2,8
ddss	25 13,2	70 13,8	15 10,4
ddds	15 7,9	44 8,7	9 6,2
ddsd	13 6,9	24 4,7	7 4,8
dddd	3 1,6	15 2,9	2 1,4
sdss	12 6,3	32 6,3	17 11,7
sdds	10 5,3	19 3,9	11 7,6
sdsd	6 3,2	15 2,9	7 4,8
sddd	1 0,5	4 0,8	1 0,7
ssss	7 3,7	13 2,6	16 11,0
ssds	13 6,9	16 3,1	8 5,5
sssd	7 3,7	6 1,2	3 2,1
ssdd	0 0	5 1,0	1 0,7
	189 100	507 100	145 100

Fere omnibus nominibus congruunt inter se primi et secundi ordinis numeri, vel in eo non discrepant, quae est singularis virtus structurae metricae a Tibullo inchoata et Propertio et Ovidio frequentius usurpata, quod forma sequens eam vel eas quae proxime praecedunt, numeris superat, uti h. l. forma ssds superat formam spondiacam, quae praestat. Uterque ordo eas formas, quas praecipue

praefert Tibullus, e. gr. dsds fere aequas exhibet. At confer tertii ordinis numeros. Nonne in eadem, quam ultimam diximus, forma horum carminum auctor valde distat a vero Tibullo? nonne forma ssds propriam suam obtinet sedem et longe abest, ut praecedentem superet? Sed evidentius haec omnia apparebunt ex hac tabula:

Tabula XI.

	I (189 h).		II (507 h).		III (145 h).		
Principia dactylica	133	70,4	397	78,7	81	55,9	
- spondiaca	56	29,6	110	21,3	64	44,1	
Summa dactylor.	340	44,9	987	48,7	228	89,3	
- spondeor.	416	55,1	1041	51,3	352	60,7	
Versus	dactylīci	38	20,1	124	24,3	23	15,9
	spondiaci	72	38,1	153	30,2	71	48,9
	aequi	79	41,8	200	45,3	51	35,2
Clausulae monosyll.	1	0,5	0	0	0	0	
- bisyll.	93	49,2	233	46,0	73	49,6	
- trisyll.	94	49,8	274	54,0	72	50,4	
- quadrisyll.	1	0,5	0	0	0	0	
	189	100	507	100	145	100	

Ne longus sim, animum quaeso convertas ad id, quod tertii ordinis versus demonstrant naturam tam spondeorum plenam, ut tantum absit, ut Tibulliani habeantur, ut alius poetae, fortasse aequalis Tibulli esse optimo jure contendas. Num autem Ovidio tribui possint, ut Gruppius in libro de elegia Romana multo, paene dixi nimio negotio probare studet, observationes nostras in hunc poetam satis superque demonstraturas esse confidimus. Sed priorum duorum ordinum carmina tam insignem similitudinem metricae compositionis prae se ferunt, ut ab eodem auctore ea profecta esse injuria negemus. Jam videndum, num quae modo disputavimus pentameter confirmet, cujus qualis sit natura apud Tibullum, haec tabula docet:

Tabula XII.

		I (189 p.)		II (508 p.)		III (145 p.)	
Formae prioris parfis:	ds	125	66,1	296	58,3	63	43,4
	dd	36	19,0	109	21,4	22	15,1
	sd	10	5,3	48	9,4	37	25,5
	ss	18	9,5	55	10,8	23	16,0
Principia	dactylica	161	85,1	405	79,8	85	58,5
	spondeor.	28	14,8	103	20,2	60	41,5
Summa	dactylor.	207	54,8	562	55,3	144	49,7
	spondeor.	171	45,2	454	44,7	146	50,3
Versus	dactyllici	171	90,5	453	89,1	122	84,0
	aequi	18	9,5	55	10,8	23	16,0
Clausulae	monosyll.	0	0	0	0	0	0
	bisyllabae	179	94,7	484	95,2	137	94,5
	trisyllab.	5	2,6	11	2,2	1	0,7
	quadrisyll.	4	2,1	12	2,4	5	3,4
	quinque s.	1	0,5	1	0,2	2	1,4
		189	99,9	508	100	145	100

Firmari pentametro nostram de carminibus Tibullianis sententiam facile est intellectu; est enim Tibulli pentameter tam diversus ab auctoris tertii libri, ut neminem, qui hoc neget, inveniri putemus. Exsuperant sicuti in hexametro formae priorum ordinum dactylicae ultimum ordinem ita, ut denuo confirmetur lex de mutua hexametri et pentametri ratione, quam in capite paragraphi secundae protulimus. Quod clausularum discrepantia tantula reperitur, ex eo explicatur, quod poetae post Catullum id potissimum spectabant, ut pentametri, exceptis locis rarissimis, clausulis bisyllabis et trisyllabis terminarentur. Denique monendum, nos primum libri quarti carmen propterea a nostris observationibus removisse, quod solis hexametris scriptum, accuratam de metri epici et elegiaci dissimilitudine quaestionem requirit, quam ut nunc instituamus spatium nobis concessum vetat.

§ 4.

De disticho Propertii.

Tertium locum inter principes poetas elegiacos obtinet Sext. Propertius, qui tamen in perpoliendis versibus Tibullo est inferior. Secuti in tabula infra ad-

jecta Hauptii editionem, ne nimium spatium consumatur, rem ita instituimus, ut versus singulorum quorumque librorum in unum corpus colligamus.

Tabula XIII.

Formae:	lib. I: 353 h. — 3 sp.	lib. II: 177 h. — 1 sp.	lib. III: 504 h. — 1 sp.	lib. IV: 495 h. — 2 sp.	lib. V: 475 h. — 1 sp.
dsss	52 14,9	83 18,7	82 16,3	78 15,8	87 18,4
dsds	45 12,9	17 9,7	48 9,5	48 9,7	47 9,9
dssd	24 6,9	6 3,4	39 7,8	45 9,1	58 12,2
dsdd	11 3,1	7 3,9	15 2,9	23 4,7	21 4,4
ddss	35 10,0	11 6,3	56 11,1	52 10,6	68 14,4
ddds	22 6,3	11 6,3	19 3,8	31 6,3	21 4,4
ddsd	17 4,7	12 6,8	26 5,2	28 5,7	30 6,3
dddd	5 1,4	3 1,7	7 1,4	9 1,8	9 1,9
sdss	52 14,9	23 13,1	56 11,1	52 10,6	45 9,5
sdds	16 4,6	3 1,7	27 5,4	21 4,3	18 3,8
sdsd	14 4,0	11 6,3	20 3,9	22 4,4	17 3,6
sddd	6 1,7	3 1,7	8 1,6	12 2,4	8 1,7
ssss	13 3,7	17 9,7	33 6,6	32 6,5	15 3,2
ssds	16 4,6	10 5,7	41 8,2	12 2,4	12 2,5
sssd	12 3,4	7 3,9	18 3,6	17 3,5	9 1,9
ssdd	10 2,9	2 1,1	8 1,6	11 2,2	9 1,9
	350 100	176 100	503 100	493 100	474 100
Principia dactylica	211 60,3	100 56,8	292 58,1	314 63,7	341 71,9
- spondiaca	139 39,7	76 43,2	211 41,9	179 36,3	138 28,1
Summa dactylor.	608 43,4	284 40,3	825 41,0	855 43,4	863 45,5
- spondeor.	792 56,6	420 59,7	1187 59,0	1117 56,6	1033 54,5
Versus dactylici	61 17,4	36 20,5	75 14,9	103 20,9	89 18,8
- spondiaci	145 41,4	90 51,1	230 45,7	191 38,7	168 35,4
- aequi	144 41,1	50 28,4	198 39,4	199 40,4	217 45,8
Clausulae monosyll.	7 1,9	3 1,7	13 2,6	8 1,6	1 0,2
- bisyllab.	167 47,3	75 42,3	210 41,6	224 45,3	223 47,0
- trisyllab.	175 49,7	98 55,4	279 55,4	261 52,7	249 52,4
- quadrisyll.	3 0,8	1 0,6	1 0,2	2 0,4	2 0,4
- quinque s.	1 0,3	0 0	1 0,2	0 0	0 0
	353 100	177 100	504 100	495 100	475 100

Adjungimus ad hanc hexametrorum tabellam conspectum pentametrorum:

Tabula XIV.

		lib. I: 353 p.		lib. II: 177 p.		lib. III: 504 p.		lib. IV: 495 p.		lib. V: 475 p.	
Formae prioris partis:	ds	196	55,5	73	41,2	242	48,0	230	46,5	247	52,0
	dd	84	23,8	45	25,4	103	20,4	110	22,2	101	21,3
	sd	45	12,8	28	15,8	78	15,5	84	16,9	62	13,0
	ss	28	7,9	31	17,5	81	16,1	71	14,4	65	13,7
Principia dactylica		280	79,3	118	66,7	345	68,5	340	68,7	348	73,3
- spondiaca		73	20,7	59	33,3	159	31,5	155	31,3	127	26,7
Summa	dactylor.	409	57,9	191	53,9	526	52,2	534	53,9	511	53,8
	spondeor.	297	42,1	163	46,1	482	47,8	456	46,1	439	46,2
Versus	dactylici	325	92,1	146	82,5	423	83,9	424	85,7	410	86,3
	aequi	28	7,9	31	17,5	81	16,1	71	14,3	65	13,7
Clausulae	monosyll.	1	0,3	3	1,7	1	0,2	0	0	2	0,4
	- bisyll.	222	63,0	156	88,1	459	91,1	489	98,8	469	98,8
	- trisyll.	33	9,3	2	1,2	12	2,4	0	0	1	0,2
	- quadrisyll.	88	24,9	13	7,3	29	5,7	5	1,0	3	0,6
	- quinque s.	9	2,5	3	1,7	3	0,6	0	0	0	0
	- sex syll.	0	0	0	0	0	0	1	0,2	0	0
		353	100	177	100	504	100	495	100	475	100

Jam primum dicendum de hexametro Propertiano. Multum intercedit similitudinis inter Catullum et Propertium; quae illi cum poetis Graecis communia esse vidimus, ea in hujus quoque valere versibus, neminem, etsi veloci oculo percurrit tabulas nostras, praeteribit. Praeter ceteros frequens est usus spondeorum et formarum spondiacarum, quo usu multum discrepat a Tibullo, plurimum ab Ovidio.

Primum colliges, quantopere Propertius spondeis faverit, cum ex frequentiore usu spondiazonton, tum ex ceteris pedibus spondiacis, quibus solus liber ultimus parcat, quem omnium metrica ratione politissimum esse commemoravimus. Spondei apud Propertium fere eum numerum exhibent, qui est poetis Graecis. Sic est exempli gratia, ut docent tabulae, Sexto in deliciis forma sdss, quae apud ceteros poetas rarissima legitur. Sed non solum illa spondeorum ubertate et, id quod cum ea arte cohaeret, principiis spondiacis toties adhibitis, sed etiam clausulis unius et quatuor et quinque syllabarum socium se adjungit poetis Alexandrinis, quorum Callimachum et Philetam praeter alios se esse secutum pluribus elegis libere profi-

tetur. Cum secundum ea, quae de pentametri natura constituimus, consentaneum sit, pentametrum Propertianum omnibus nominibus aequare hexametrum, optime ille quoque monstrat, quantum in formis limandis poeta quinto libro profecerit. Omnino ex nullius poetae carminibus luculentius apparet, quantum auctor in excellenda arte metrica progressus sit quam ex Propertii elegis. Quae cum ita sint, quid melius hoc probare potest, clausulis pentametri bisyllabis, quarum sunt in primo libro 222 = 62,9, at in ultimo 469 = 98,8. Ut sit insignita illa mutatio seu correctio, quam liber exhibet quintus, totius operis pensitatori subtilissimo dijudicandum est, Propertium, studio et amore exemplarium Graecorum ductum, artem metricam Latinam ne dicam neglexisse, at non provexisse, sicuti Tibulli successorem deceret. Aetate successit Tibullo, arte metrica potius Catullo. Sed ut fere omnes artes et literas interdum residere et regredi observamus, quo altius attolantur et in ampliorem gradum provehantur, ita rei metricae Latinae factum videmus esse. Descendit haec paullisper in Propertii carminibus de perfectionis gradu, quem Tibullo duce ascenderat, ut ad summum gradum absolutionis ab Ovidio perduceretur.

§ 6.

De disticho Ovidii.

Cum omnium poetarum, quorum carminibus ad rem metricam illustrandam usi sumus, Ovidius longe maximam praebeat materiam, eo aptior est ei arti, quam nostris observationibus tanquam fundamentum posuimus, quo major enim est versuum numerus, eo evidentius probari contendimus, quem usum auctor in pangendis carminibus sit secutus. Sed aliud praeterea est, quod diligenti rerum metricarum iudici haud parvo sit momento. Omnes elegiaci poetae Latini, quorum opera examinavimus, praematura morte nobis sunt erepti, ut vel id ipsum sit difficillimum dijudicatu, quatenus ejusdem auctoris primitiae differant a confirmata aetate, Ovidius autem, qui fere sexaginta annos natus diem supremum obiit, a puero usque ad mortem tam largam poematum copiam condidit, ex qua unice et optime colligatur, num quid discedat discriminis necne inter ea carmina quae juvenis, quae vir, quae senex scripsit. Quotquot sunt carmina Ovidii adolescentis, ad unum omnia in amore versantur. Adhuc sub iudice lis est, qui sit horum carminum amatoriorum ordo. In codice archetypo videntur ita fuisse scripta: Ars amatoria, Remedia amoris, Amores, Epistulae s. Heroides, Medicamen faciei, quo ordine ab Ovidio propter limae studium temporum intervallo retractata esse poemata suspicatur Muellerus de re metrica p. 46. In Merkelii editione primum locum

Amores, alterum *Heroides*, tertium liber de *Medicamine*, quartum *Ars amatoria*, quintum *Remedia amoris* obtinent. Nihil hujus ordinis mutavit Teuffelius in hist. litt., nisi quod *Medicamina formae*, quorum centum versus nobis relictis sunt, ultimo collocavit loco. Videamus num nostra metrica ratio ad constituendum ordinem aliquid afferat lucis necne! Sed priusquam tabulam apponimus, pauca praemonenda videntur de epistulis Ovidianis. Omnes hos viginti et unam epistolas ab eo, ad quem referantur, conscriptas esse, multi non putant et quidem optimo jure; luce enim est clarius cuius, qui accuratius eas perlegerit, complures a nescio quo versificatore artis peritissimo fuisse suppositas. Verum videtur vidisse Lucianus Mueller, de re metrica pag. 46 seq., qui quinque vel sex — de *Acontii* epistula ipse rem in medio reliquit — tanquam spurias rejecit, cum reliquas omnes ut arte ita ceteris rebus adeo inter sese consentire affirmet, ut ejusdem rhetoris schola provenisse eas semper habuerit persuasum. Quantum video, tota res metricis adhibitis rationibus vix poterit dijudicari, nam et genuinos et spurios quos habemus elegos a metrica arte simillimos tabula nostra demonstrabit, ut fere nihil inter eos intercedat discriminis. Nam quod Muellerus non intercedit, quin *Paridis* *Helenaeque* et *Herus* epistulae ab Ovidio alienae existunt, quippe quae aut elisionis rationem aut positam in fine pentametri polysyllabis hujus distent ab usu, quale tandem hoc est? Elisionis rationem non examinavimus, sed nisi firmiore nititur fundamento quam clausulae polysyllabae, quin multum ei tribuamus non possumus. Quot enim leguntur in fine pentametri voces polysyllabae? Bis tantum reperitur clausula polysyllaba, altera in *Paridis* quinque, altera in *Herus* epistula trium syllabarum. Rarissimas sane inveniri in pentametris Ovidianis demonstrant tabulae nostrae, at tamen reperiuntur, ut in *Tristibus*. Sed ex duabus solis, ubi agitur de tanto versuum numero, temere aliquid colligis. Si qua re offendimur, meliore, puto, jure offendi possumus clausularum hexametri monosyllabarum frequentia, quae tanta, quanta in his poematis, nusquam in Ovidii primitiis reperitur et cui senex tantopere indulget (cf. *Tabulas XVI et XVII*).

Sed missa hac controversia, quae ad finem perducere vix possit, concedendum est Muellero, inesse huic toti carminum generi, laetissimis partibus exceptis, non multum leporis et elegantiae; quid autem genuinum, quid non sit, his in carminibus non versuum sermonisque arte sed unica compositione dijudicari censemus. Si Muellero in rejiciendis sex illis carminibus assentimur, propterea factum est, quod praeter cetera nobis frigida et maximam partem nimis quam par est extenta visa sunt. Sed haec hactenus. Jam apponimus hexametrorum tabulam carminum amatoriorum.

Tabula XV.

Carmina amatoria.																
Formae:	Amores:						Epistulae		Ars amat.	Remedior.	Medicam.					
	l. I.		l. II.		l. III.		genuinae	spuriae	lib. I—III.	liber.	faciei.					
	384h.—1sp.		406 h.		435 h.		1257 h.—5 sp.		724 h.	1163 h.—1 sp.	407 h.	50 h.				
dsss	53	13,8	48	11,8	63	14,5	143	11,4	114	15,7	150	12,9	65	16,0	6	12,0
dsds	47	12,3	43	10,6	33	7,6	123	9,8	66	9,5	137	11,8	41	10,1	7	14,0
dssd	44	11,5	46	11,3	52	11,9	186	15,0	104	14,3	138	11,9	40	9,8	6	12,0
dsdd	25	6,5	29	7,1	26	5,9	114	9,1	62	8,5	88	7,6	28	6,9	3	6,0
ddss	37	9,6	68	16,7	54	12,4	131	10,5	74	10,2	142	12,2	56	13,8	6	12,0
dddd	29	7,6	26	6,4	33	7,6	87	6,9	62	8,5	113	9,7	34	8,4	2	4,0
ddsd	34	8,9	50	12,3	51	11,7	172	13,7	81	11,2	123	10,6	42	10,3	0	0
dddd	30	7,8	25	6,2	23	5,3	92	7,3	50	6,9	73	6,3	27	6,6	5	10,0
sdss	14	3,7	18	4,4	23	5,3	33	2,6	13	1,8	35	3,0	23	5,6	5	10,0
sdds	17	4,4	6	1,5	25	5,7	28	2,2	19	2,6	33	2,8	6	1,5	3	6,0
sdsd	16	4,2	13	3,2	14	3,2	47	3,8	30	4,1	33	2,8	11	2,7	2	4,0
sddd	6	1,6	6	1,5	5	1,2	22	1,8	12	1,6	25	2,2	10	2,4	2	4,0
ssss	10	2,6	7	1,7	5	1,2	24	1,9	10	1,4	20	1,7	3	0,7	0	0
ssds	9	2,3	10	2,5	10	2,3	19	1,5	12	1,6	22	1,9	8	2,0	1	2,0
sssd	6	1,6	8	2,0	9	2,1	16	1,3	8	1,1	15	1,3	7	1,7	0	0
ssdd	6	1,6	3	0,8	9	2,1	15	1,2	7	1,0	15	1,3	6	1,5	2	4,0
	383	100	406	100	435	100	1252	100	724	100	1162	100	407	100	50	100

Tabula, quae fuit de Propertii hexametris, nos docuit, ordinem decrescentem, quem in Catulli versibus admirati eramus, non amplius servari, sed hic illic poetam declinare ab usitato modo, quem exceptis duobus locis Tibullus quoque secutus erat. Longe majore licentia utitur Ovidius, neglectis omnibus rebus, summo studio id agit, ut quam maxima sit vis principiorum dactylicorum, quam minima spon-
diacorum. Quo in studio quanta sit omnibus in ejus poematis congruentia cum optime cognoscatur e numeris quam diversissimis, rem ita in tabula egimus, ut minores et majores versuum acervos juxta poneremus. Illud legentes monitos volumus, parvulo Medicaminis fragmento, quod ne quid praetereamus addimus, fere nihil esse tribuendum, quoniam minimus distichorum est numerus.

Clausulas carminum amatoriorum sub oculos subjiciat hic conspectus:

Tabula XVI.

	Amores			Epistulae		Ars. am.	Remed.	Medicam.
Clausulae:	I.	II.	III.	genuinae	spuriae	I-III.		
monosyll.	1*) 0,3	1 0,2	2 0,5	6 0,5	13 1,8	5 0,3	2 0,5	0 0
bisyllabae	157 40,8	181 44,7	182 41,8	564 44,9	342 47,2	499 43,0	182 44,7	25 50,0
trisyllab.	225 58,6	223 54,9	251 57,7	682 54,2	369 51,0	658 56,6	223 54,8	25 50,0
quadrisyll.	1**) 0,3	1 0,2	0 0	4 0,3	—	1 0,1	—	—
quinq. syll.	—	—	—	1 0,1	—	—	—	—
	384 100	406 100	435 100	1257 100	724 100	1163 100	407 100	50 100

Aetate adulta praeter metamorphoses, quas versu heroico compositas ab observationibus nostris alienas esse diximus, Ovidius scripsit Fastorum libros, quorum duodecim, ut notum est, edere in animo habuit, sex tantum ad finem perduxit. Ne tabulae nostrae nimium spatii absument, his firmatae aetatis carminibus adjungimus poemata in exilio confecta, quae Musae Ovidianae ultima sunt munera: Tristia, Epistulas ex Ponto, Ibis.

Tabula XVII.

	Carmina pro vectae aetatis.								
	Fasti	Tristia					Epp. ex Ponto	Ibis	
Formae:	I-VI: 2485 h., -10 sp.	I: 369 h.	II: 289 h.	III: 394 h.	IV: 339 h.	V: 375 h.	I-IV: 1597 h.	321 h.	
dsss	400 16,2	40 10,8	44 15,2	62 15,7	52 15,3	59 15,7	252 15,8	42 13,1	
dsds	308 12,4	39 10,6	30 10,4	48 12,2	29 8,6	49 13,1	184 11,5	35 10,9	
dssd	373 15,0	70 18,9	46 16,0	70 17,8	59 17,4	62 16,5	213 13,3	46 14,3	
dsdd	214 9,9	24 6,5	26 9,0	24 6,1	25 7,4	34 9,1	112 7,0	23 7,2	
ddss	304 12,3	53 14,3	39 13,5	42 10,7	39 11,5	43 11,5	214 13,4	33 10,3	
ddds	184 7,4	23 6,2	21 7,3	35 8,9	27 7,9	31 3,3	130 8,1	23 7,2	
ddsd	290 11,7	42 11,4	28 9,7	42 10,7	45 13,3	45 12,0	188 11,7	56 17,4	
dddd	131 5,3	22 6,0	16 5,5	20 5,1	20 5,9	10 2,7	74 4,7	15 4,7	
sdss	71 2,9	12 3,3	5 1,7	13 3,3	12 3,5	10 2,7	45 2,9	11 3,4	
sdds	37 1,5	4 1,1	5 1,7	9 2,3	4 1,2	3 0,8	29 1,9	9 2,8	
sdsd	49 2,0	15 4,1	7 2,4	11 2,8	6 1,7	10 2,7	44 2,7	6 1,9	
sddd	19 0,8	7 1,9	7 2,4	4 1,0	7 2,1	2 0,5	15 0,9	4 1,2	
ssss	31 1,3	8 2,2	4 1,4	5 1,2	5 1,5	5 1,3	26 1,6	6 1,9	
ssds	24 1,0	2 0,5	5 1,7	5 1,2	2 0,6	4 1,0	22 1,4	3 0,9	
sssd	19 0,8	5 1,4	4 1,4	4 1,0	5 1,5	6 1,6	27 1,7	9 2,8	
ssdd	21 0,8	3 0,8	2 0,7	0 0	2 0,6	2 0,5	22 1,4	0 0	
	2475 100	369 100	289 100	394 100	339 100	375 100	1597 100	321 100	
claus. monos.	11 0,4	2 0,5	5 1,7	4 1,0	4 1,2	9 2,4	23 1,5	1 0,3	
- bisyll.	1417 57,0	165 44,7	143 49,5	186 47,2	150 44,2	186 49,6	764 47,8	147 45,8	
- trisyll.	1048 42,2	202 54,8	141 48,8	204 51,8	185 54,6	180 48,0	810 50,7	173 53,9	
- quadris.	7 0,3	—	—	—	—	—	—	—	
- quinq.s.	2 0,1	—	—	—	—	—	—	—	
	2485 100	369 100	289 100	394 100	339 100	375 100	1597 100	321 100	

*) Praecedente usque voce monosyllaba gravitas clausularum monosyllabarum in carminibus Ovidianis mirum in modum lenitur, tales igitur clausulae, qualis est notissima illa Horatiana: „Mancipii locuples eget aeris Cappadocum rex“ nusquam, quantum scio, in elegis Nasonis leguntur.

**) Ubi hexameter ionico a minore vel voce quinque syllabarum clauditur, apud Ovidium sunt semper Graeca nomina propria, veluti: Amphitrite, Hellespontus, Pantagienque, Tauro-meneneque, apud Propertium contra, ne dicam de Catullo, inveniuntur: hyacinthus, terebinthus, heroina.

Superest ut principiorum et summarum et variorum versuum tabulam infra addamus:

Tabula XVIII.

Carmina juvenilia.								
	Amores:			Epistulae		Ars	Remed.	Medic.
	I.	II.	III.	genuinae	spuriae	amatoria	liber.	fac.
Princip. dactyl.	299 78,1	335 82,5	335 77,0	1048 83,7	613 84,7	964 82,9	333 81,8	35 70
Princip. spond.	84 21,9	71 17,5	400 33,0	204,16,3	111 15,3	198 17,1	74 18,2	15 30
Summa dactyl.	818 53,4	875 53,9	916 52,7	2824 56,4	1589 55,2	2557 55,0	873 53,6	105 52,5
Summa spond.	714 46,6	749 46,1	824 47,4	2184 43,6	1298 44,8	2091 45,0	755 64,4	95,47,5
Versus dactyl.	134 32,4	136 35,5	138 31,7	487 38,9	267 36,9	422 36,3	169 41,5	12 24,0
Versus spond.	92 24,0	91 22,4	110 25,3	235 18,8	157 21,7	242 20,8	106 26,0	12 24,0
Versus aequi	167 43,6	179 44,1	187 43,0	530 42,3	300 41,4	498 42,9	132 32,5	26 52,0
	383 100	406 100	435 100	1252 100	724 100	1162 100	407 100	50 100
C. virilia Carmina senilia.								
	Fasti.	Tristia:					Epp. ex P.	Ibis.
		I.	II.	III.	IV.	V.		
Princip. dactyl.	2204 89,1	313 84,8	250 86,5	343 87,1	296 87,3	333 88,8	1367 85,6	273 85,0
Princip. spond.	271 10,9	56 15,2	39 13,5	51 12,9	43 12,7	42 11,2	230 14,4	48 15,0
Summa dactyl.	5343 54,0	803 54,4	626 54,2	844 53,6	741 54,6	791 52,7	3389 53,1	701 54,6
Summa spond.	4557 46,0	673 45,6	530 45,8	732 46,0	615 45,3	709 47,3	2999 46,9	583 54,4
Versus dactyl.	838 33,9	69 26,0	98 33,9	125 31,7	124 36,6	122 32,5	519 32,5	121 37,7
Versus spond.	545 22,0	89 24,1	62 21,5	89 22,6	76 22,4	84 22,4	372 23,3	71 22,1
Versus aequi	1092 44,1	184 49,9	129 41,6	180 45,7	139 41,0	169 45,1	706 44,7	129 40,2
	2475 100	369 100	289 100	394 100	339 100	375 100	1597 100	321 100

Ubi principiorum Ovidianorum numerum cum poetis aetate praecedentibus contuleris, Nasonem ita dactylicis distichon auxisse cognosces, ut eum tenere principatum negari non possit. Dum principia dactylica in optimis Tibulli elegis ad 78,7 augentur, in quinto Propertii libro, quem metrica arte perfectissimum esse observavimus, usque ad 71,9 minuuntur, Ovidius in ipsis primitiis utrumque aliquanto superat, nam Medicamina faciei propter paucissimos versus nihil probare demonstravimus. In universum sunt hexametri Ovidiani illustria exempla, quae docent, eo magis crescere dactylorum numerum, quò magis ipse poeta in arte procedat, et minui aetate senili, ubi ingenium languet. Hanc ob causam Fasti, qui inter carmina juvenilia et senilia medium tenent locum, plurima praebent principia dactylica, in elegis autem, qui in exilio scripti sunt, numerus eorum paululum decrescit, quamvis talem poetam, qualis fuit Ovidius, ad parvum dactylicorum numerum, quem primitiae exhibebant, redire consentaneum non sit. Non temere igitur contenditur, ex structura distichi — idem enim de pentametro valet quod de hexametro — plus minusve dactylica summatim conjecturas fieri posse de tempore quo carmina confecta sint. Auctore enim Ovidio dubitari amplius nequit, quin poetarum elegiacorum poemata, minus dactylice in principio distichi constructa, inter opera juvenilis aetatis referenda, carmina autem cum plurimis initiis dactylicis florenti aetati adnumeranda sint.

Quam legem modo conditam si sequimur, satis firmis indiciis nixi de ordine poematum Ovidii juvenis id optimo jure contendere possumus, omnium carminum amatoriorum primum locum Amoribus, posteriorem Arti amatoriae tribuendum esse, ut est apud Teuffelium: illorum enim principia dactylica sunt numero minima, cum ceteris primitiis comparata (79,2), hujus initia dactylice structa aequant fere numerum octogesimum tertium (82,9). De reliquis juvenilis aetatis carminibus variis de causis rem in medio nunc relinquimus.

Huc porro pertinet quod de summa dactylorum et spondeorum inter Nasonem et eos, qui aetate praecedunt, intercedit discrimen. Fere pari modo, quo apud hos spondei superant dactylos, apud illum dactyli superant spondeos, nam negari nequit, Ovidium mirum in modum non solum exercuisse sed etiam excoluisse linguam. Quapropter operae pretium erit disquirere de Ovidio verborum opifice et vocum potissimum dactylicarum inventore, veluti illius innabilis quod in capite metamorphoseon legitur. Quae de hexametro Ovidiano disputavimus, egregie confirmantur pentametro, cujus tabulam bipartitam infra adjicimus:

Tabula XIX.

C a r m i n a j u v e n i l i a.								
A m o r e s.			E p i s t u l a e		A. amat.	Remed.	M e d.	
Formae:	I. 384 p. -4 p. par.	II. 406 p.	III. 435 p.	genuinae 1257 p.	spuriae 724 p.	1163 p.	407 p.	50 p.
ds	214 56,3	193 47,5	220 50,6	645 51,3	379 52,3	602 51,7	206 50,6	28 56,0
dd	97 25,5	110 27,0	116 26,7	359 28,6	184 25,4	348 29,9	123 30,2	9 18,0
sd	39 10,3	54 13,3	38 8,7	143 11,4	75 10,4	110 9,5	43 10,6	8 16,0
ss	30 7,9	49 12,1	61 14,0	110 8,7	86 11,9	103 8,9	35 8,6	5 10,0
	380 100	406 100	435 100	1257 100	724 100	1163 100	407 100	50 100
Princip. dact.	311 81,8	303 74,6	336 77,2	1004 79,9	563 77,8	950 81,7	329 80,8	37 74,0
- spond.	69 18,2	103 25,4	99 22,8	253 20,1	161 22,2	213 18,3	78 19,2	13 26,0
	380 100	406 100	435 100	1257 100	724 100	1163 100	407 100	50 100
Summa dact.	447 58,8	467 57,5	490 56,3	1506 59,9	822 56,8	1408 60,5	495 60,8	54 54,0
- spond.	313 41,2	345 42,2	380 43,7	1008 40,1	626 43,2	918 39,2	319 39,2	46 46,0
	760 100	812 100	870 100	2814 100	1448 100	2326 100	814 100	100 100
Vers. dactyl.	350 92,1	357 87,9	374 86,0	1147 91,3	638 88,1	1060 91,1	372 91,4	45 90,0
- aequi	30 7,9	49 12,1	61 14,0	110 8,7	87,11,9	103 8,9	35 8,6	5 10,0
	380 100	496 100	435 100	1257 100	724 100	1163 100	407 100	50 100
Clausul. monos.	---	---	---	---	---	---	---	---
Clausul. bisyll.	384 100	406 100	435 100	1257 100	722 99,7	1163 100	407 100	50 100
Clausul. trisyll.	---	---	---	---	1 0,1	---	---	---
Clausul. quadris.	---	---	---	---	---	---	---	---
Clausul. quinq. s.	---	---	---	---	1 0,1	---	---	---
Clausul. sex syll.	---	---	---	---	---	---	---	---
	384 100	406 100	435 100	1257 100	724 99,9	1163 100	407 100	50 100

	Carm. viril.	C a r m i n a s e n i l i a.						
	Fasti.	T r i s t i a.					Epp. ex P.	Ibis.
Formae:	2485 p.	I. 369 p.	II. 289 p.	III. 394 p.	IV. 339 p.	V. 375 p.	1595 p.	321 p.
ds	1326 53,4	167 45,2	133 46,0	181 46,0	183 54,0	187 49,9	792 49,7	158 40,2
dd	642 25,8	111 30,1	83 28,7	108 27,4	83 24,5	105 28,0	401 25,1	97 30,2
sd	257 9,5	47 12,7	33 11,4	43 10,9	37 10,9	45 12,0	176 11,0	33 10,3
ss	280 11,3	44 12,0	40 13,9	62 15,7	36 10,6	38 10,1	226 14,2	33 10,3
	2485 100.	369 100	289 100	394 100	339 100	375 100	1595 100	321 100
Princip: dact.	1968 79,2	278 75,3	216 74,7	289 73,4	266 78,5	292 77,9	1193 74,8	255 79,4
- spond.	517 20,8	91 24,7	73 25,3	105 26,6	73 21,5	83 22,1	402 25,2	66 20,6
	2485 100	369 100	289 100	394 100	339 100	375 100	1595 100	321 100
Summa dact.	2847 57,3	436 59,1	332 57,4	440 55,8	386 56,9	442 58,9	1770 55,3	385 60,0
- spond.	2123 42,7	302 40,9	246 42,6	348 44,2	292 43,1	308 41,1	1420 44,5	257 40,0
	4970 100	738 100	578 100	788 100	678 100	750 100	3190 100	642 100
Vers. dactyl.	2205 88,7	325 88,1	249 86,2	332 84,3	303 89,4	337 89,9	1369 85,5	288 89,7
- aequi	280 11,3	44 11,9	40 13,8	62 15,7	36 10,6	38 10,1	226 14,5	33 10,3
	2485 100	369 100	289 100	394 100	339 100	375 100	1595 100	321 100
Clausul. monos.	---	---	---	---	---	---	---	---
Clausul. bisyll.	2483 99,9	368 99,7	286 99,0	394 100	337 99,4	375 100	1575 98,7	319 99,4
Clausul. trisyll.	---	---	---	---	---	---	3 0,2	---
Clausul. quadris.	2 0,1	1 0,3	1 0,3	---	1 0,3	---	14 0,9	1 0,3
Clausul. quinq. s.	---	---	2 0,7	---	---	---	3 0,2	---
Clausul. sex syll.	---	---	---	---	---	---	---	1 0,3
	2485 100	369 100	289 100	394 100	339 100	375 100	1595 100	321 100

Id quod potissimum his in tabulis admiramur, minus est forma pentametri dactylica — ea enim per se expectatur in Ovidio, praecedente hexametro tot dactylis referto — at summus ille singulorum ordinum concentus, qui tantus est, ut, excepto Medicamine, quod propter versuum paucitatem aliquanto differt, vel maxima metri discrepantia numerum septimum vel octavum inter centenos quosque versus non superet. Qui concentus melius ulla alia re demonstrat, nullo modo fieri posse, ut Ovidium tertii libri, qui sub Tibulli nomine fertur, auctorem fuisse contendamus, Gruppium l. l. secuti. Conferatur quaeso tertius tabularum X. XI. XII. ordo cum quolibet Ovidii opere et fateamur necesse est, tantum utrumque auctorem quod attinet ad res metricas inter se differre, ut caput Thersitae rectius imponeres Agamemnonis corpori, quam ascriberes Ovidio tertium illum librum. Sed nobis haud ingratum accidisse censemus, quod illud Medicaminis fragmentum seorsum examinavimus, docet enim, quatenus vel parvulus versuum numerus a communi ejusdem poetae usu metrico distet, et cum liber ille Tibulli tertius non multo plura habeat disticha, optime ex addita comparatione elucebit, num easdem exhibeat rationes metricas, quae sint Medicamini. Comparatio autem nostra est cum solis Musae Ovidianae primitiis, nam Ovidium juvenem scripsisse hos elegos affirmat Gruppius.

Tabula XXa.

Formae:	Carmina juvenil. omnia ad unum num. reducta.	Medic. faciei.	Discrepantia Medic. c. carm. juvenil. compar.	Tibulli lib. III.	Discrepantia l. Tib. III c. carm. Ov. juv. compar.
H e x a m e t e r.					
dsss	13,5	12,0	— 1,5	18,6	+ 5,1
dsds	10,4	14,0	+ 3,6	6,2	— 4,2
dssd	11,9	12,0	+ 0,1	5,5	— 6,4
dsdd	7,2	6,0	— 1,2	2,8	— 4,4
ddss	11,5	12,0	+ 0,5	10,4	— 1,1
ddds	7,8	4,0	— 3,8	6,2	— 1,6
ddsd	11,3	0	— 11,3	4,8	— 6,5
dddd	6,6	10,0	+ 3,4	1,4	— 5,2
sdss	4,1	10,0	+ 5,9	11,7	+ 7,6
sdds	3,0	6,0	+ 3,0	7,6	+ 4,6
sdsd	3,3	4,0	+ 0,7	4,8	+ 1,5
sddd	1,8	4,0	+ 3,2	0,7	— 1,1
ssss	1,6	0	— 1,6	11,0	+ 9,4
ssds	2,1	2,0	— 0,1	5,5	+ 3,4
sssd	1,6	0	— 1,6	2,1	+ 0,5
ssdd	1,4	4,0	+ 2,6	0,7	— 0,7
	100	100		100	

Tabula XXb.

	Carmina juvenil. omnia ad unum num. reducta.	Medic. faciei.	Discrepantia Medic. c. carm. juvenil. compar.	Tibulli lib. III.	Discrepantia I. Tib. III c. carm. Ov. juv. compar.
Princ. dact.	81,0	70,0	- 11,0	55,9	- 25,1
- spond.	19,0	30,0	+ 11,0	44,1	+ 25,1
	100	100		100	
Summa dact.	54,2	52,5	- 1,7	39,3	- 14,9
- spond.	45,8	47,5	+ 1,7	60,7	+ 14,9
	100	100		100	
Versus dact.	35,7	24,0	- 11,7	15,9	- 19,8
- spond.	22,9	24,0	+ 1,1	48,9	+ 26,0
- aequi	41,4	52,0	+ 10,6	35,2	- 6,2
	100	100		100	
P e n t a m e t e r.					
ds	51,5	56,0	+ 4,5	43,4	- 8,1
dd	27,4	18,0	- 9,4	15,1	- 12,3
sd	10,5	16,0	+ 5,5	25,5	+ 10,0
ss	10,6	10,0	- 0,6	16,0	+ 5,4
	100	100		100	
Princ. dact.	79,3	74,0	- 5,3	58,5	- 20,8
- spond.	20,7	26,0	+ 5,3	41,5	+ 20,8
	100	100		100	
Summa dact.	59,0	54,0	- 5,0	49,7	- 9,3
- spond.	41,0	46,0	+ 5,0	50,3	+ 9,3
		100		100	
Versus dact.	90,0	90,0	0	84,0	- 6,0
- aequi	10,0	10,0	0	16,0	+ 6,0
	100	100		100	

Si haec metrica Medicaminis a ceteris carminibus juvenilibus discrepantia in sola versuum paucitate nititur, qua ratione explicari possit libri tertii Tibulliani, qui fere dimidio plura habet disticha, si cum versibus Nasonis comparaveris, inaudita illa differentia, equidem non video. Accedit igitur ad ea, quae Hertzbergius quondam, Teuffelius, alii contra Gruppium disputaverunt, maxime argumentum

et compositionis artem spectantia, accurata nostra metri disquisitio, quae Ovidium fuisse horum elegorum auctorem omni modo negat. Cum autem neque Ovidius, neque, ut antea demonstravimus, Tibullus eos scripserit, satis habeamus in ea manere sententia, quae Lygdamum quendam eos composuisse statuit. Sed de hac re satis dictum.

Restat ut ultimam addamus tabulam, quae est de medio quem vocant numero hexametri et pentametri, quatenus eum in singulis illis sedecim formis Catullus Tibullus Propertius Ovidius aut superarint aut non attigerint et quatenus a poetis Graecis discrepent. Illud notabimus appposito signo +, hoc appposito signo —. Dum in singulis formis adhibendis maximam sibi sumit Ovidius licentiam, tanta quod attinet ad medium illum numerum constantia eum usum esse apparebit, quantam frustra in ceteris poetis quaesiveris.

Tabula XXI.

Formae:	Catullus	Tibullus	Propertius	Ovidius	Theognis	Ante-theognid.	Post-theognid.
H e x a m e t e r.							
dsss	+	+	+	+	—	—	—
dsds	+	+	+	+	—	—	—
dssd	+	+	+	+	+	—	+
dsdd	—	—	—	+	+	+	+
ddss	+	+	+	+	—	—	—
ddds	—	+	—	+	—	—	—
ddsd	—	—	—	+	—	—	+
dddd	—	—	—	fere 6,25 (5,9)	+	+	+
sdss	+	—	+	—	—	—	—
sdds	—	—	—	—	—	+	+
sdsd	—	—	—	—	—	—	—
sddd	—	—	—	—	+	+	+
ssss	+	—	—	—	—	—	—
ssds	—	—	—	—	—	—	—
sssd	—	—	—	—	—	—	—
ssdd	—	—	—	—	+	+	+
P e n t a m e t e r.							
ds	+	+	+	+	+	+	+
dd	—	—	—	+	—	—	—
sd	—	—	—	—	—	—	—
ss	+	—	—	—	+	+	—

Omnes poetae et Graeci et Latini eo consentiunt, quod formae sdsd sdsd sssd medium qui vocatur numerum nunquam attingunt, et forma dssd exceptis poetis antetheognideis hunc numerum superat; ceteris omnibus autem in formis non solum Graeci valde distant a Latinis sed, etiam utrique inter se haud parvam exhibent discrepantiam. In omnibus fere formis, in quibus carmina Latina medium numerum plus minusve superant, poemata Graeca ad eum aut nunquam aut rarissime prope accedunt, testatur igitur et haec tabula, formas hexametri, quae Romanis fuerint in deliciis, Graecis fuisse quam maxime neglectas et formas Graecis frequentatissimas Romanis minime usitatas.

In elegis Latinis plurimae legentibus obversantur formae: dsss dsds dssd dds, at in Graecis dsdd dddd sddd. Formis Latinis 7 sunt dactyli et 9 spondei, formis Graecis 12 dactyli et 4 spondei. Quamvis igitur pro utriusque linguae natura poetae Latini spondeis, poetae Graeci dactylis abundant, tamen aptissima dactylorum in capite versus collocatione hic sermonis Latini defectus tegitur, quod omnes illae formae a dactylo incipiunt, dum principia spondiaca Graecorum structurae dactylicae multum officiant, uti antea commemoravimus.

In ipso versu pentametro forma ds aequae apud Graecos et Latinos medio numero superior, forma sd inferior est. Praeterea denuo hac pentametri tabula confirmatur, Catullum quam proxime accedere ad exemplaria Graeca, Ovidium quam longissime ab iis recedere.

Dubitari denique non potest, quin secundum ea, quae usque ad hunc locum disputavimus, Ovidius metricae compositionis principatum inter omnes poetas elegiacos Latinos teneat nec ullus fuerit, qui eum aequaverit nedum superaverit. Quod Tibullus in excolenda arte metrica felicissimis auspiciis inchoaverat et pro-
vexerat, Ovidius ad laetissimum perduxit finem: distichon Latinum ex vinculis Graecis prorsus liberavit et distichon vere Latinum condidit, quod sermonis Latini proprietate dignissimum esset. Qui igitur hujus sermonis numeris astricti versusque elegantiae studet, „hic sciat,“ ut Luciani Muellero verbis utamur, „se plurimum profecisse, si sibi plurimum probetur Ovidius. hujus quot sunt versus, totidem sunt artificia, quovis Phidiae illa vel Praxitelis opere non minora. et, quod semper est perfectae indolis poeticae, cum sentias artem inesse summam, laborem persentiscis nullum. hinc fit, ut qui primum ad carmina Latina se applicant, facillimum ducunt omnium Ovidianam assequi elegantiam, quam tamen, quo majorem usum majoremque peritiam nanciscantur, eo melius intelligant promptius esse imitari quam aemulari.“

Distichon Graecum cum Latino comparatum.

Postquam distichon Graecum tanquam ab ipsa natura profectum in fine prioris capitis affirmavimus, a vero non aberrabimus, si distichon Latinum quasi ab arte profectum esse censuerimus: quantum igitur natura differt ab arte, tantum distichon Graecum distat a disticho Latino. Structura sermonis Graeci dactylica tantopere adjuvabat poetas Graecos, ut summa cum metri cura in pangendis poematis non agerent; qualibuscunque enim opus erat pedibus, eos sermo ipse ultro offerebat. Quae cum ita essent, principiis uti spondiacis non dubitabant, quippe quae dactylorum ubertate ceteris in distichi partibus aequarentur. Alacre enim Graecorum ingenium neque tale erat, quod diu eligeret, neque habebat, cur eligeret, quia dulcis sermo formis sua sponte ad aptos numeros venientibus uberimus erat. Verum enimvero gravitatem Romanam in sermone non minus apparere quam in moribus, nonne graves illae formae spondiacae docent? Quo minores igitur difficultates poetis Graecis nascebantur ex metrica versuum compositione, eo majores erant Romanis. Quibus omnibus difficultatibus superatis Ovidius tale confecit distichon, „non ut jucundius cogitari possit singulis“ (Muellerus). Tam firmarum structurae legum auctor evasit Naso, ut summo in errore versentur ii, qui promiscue collocari licitum esse in hexametri et pentametri priore parte dactylum et spondeum contendunt. Praecedente dactylo ex. gr. pes secundus hexametri plerumque spondeo conceditur, at praemisso spondeo rarissime ei idem locus datur. Dum in Fastis inter centenos versus praemisso dactylo spondeus secundo pede bis et quinquagies (52,2), praemisso spondeo vix quater (3,9) legitur apud Theognidem et eos qui eum aetate praecedunt spondeum praemisso dactylo septies et vicies (27,6), praemisso spondeo vicies (20,2) invenimus. Mathematicorum igitur artem si sequimur, utriusque versuum generis ratio est apud Ovidium 13 : 1, apud Graecos 7 : 5; et si quis tabulas nostras paullo accuratius inspexerit, similes rationes in tertio et quarto pede intercedere facillime cognoscet. Rebus ita comparatis optimo jure affirmamus, distichi Latini structuram multo certioribus legibus astrictam esse disticho Graeco et ut ex aliis rebus grammaticis sic ex his metricis elucere, quantum Romani firmis structurae legibus tribuant. Uti Graeci in grammaticis majore libertate servata ex. gr. in enuntiatis indirectis quae dicuntur haud raro utuntur indicativo modo, ubi rigidior sermo, Latinus necessario requirit conjunctivum, sic simile quiddam in metricis factum esse observamus, quod utriusque populi moribus respondeat. Poetis Graecis et

Latinis sedecim formarum optio data est, at Graeci in tanta sermonis ubertate omnibus utuntur formis ut libido fert, Romani autem iis formis fere solis favent, quibus rhythmus dactylicus efficiatur. Quamvis maxima sit spondeorum vis Latina in lingua, spondei tamen recedunt et dactylorum, ut ita dicam, sunt satellites et ministri, apud Graecos autem, contempta quodammodo permagna dactylorum copia, cum dactylis se exaequant eorumque sunt socii, ut fere nihil referat, utrum in capite sit dactylus an spondeus. Quae cum ita se habeant, negari nequit, ratione artis habita, poetas elegiacos Latinos, quod attinet ad metricam structuram, palmam tulisse, si quidem Goethio nostro assentimur, qui in libro de plantae mutatione sic profitetur: „Je unvollkommer ein Geschöpf ist, desto mehr sind die Theile einander gleich oder ähnlich, und desto mehr gleichen sie dem Ganzen. Je vollkommener ein Geschöpf wird, desto unähnlicher werden die Theile einander. In jenem Falle ist das Ganze den Theilen mehr oder weniger gleich, in diesem das Ganze den Theilen unähnlich. Je ähnlicher die Theile einander sind, desto weniger sind sie einander subordinirt. Die Subordination der Theile deutet auf ein vollkommeneres Geschöpf.“

Propositum est nobis in altera observationum parte scribere primum de discrepantia, quae intercedit inter versum heroicum et hexametrum elegiacum, deinde de chiasmo metrico, quem vocamus, tum de versibus pentametri similiter consonantibus, denique de poematis elegiacis in Germanicum translatis.

Emendanda sunt, quae typographi errore irrepserunt:

- pag. 1 lin. 5 incumbere pro incambere.
- 2 - 20 a pro ab.
- 4 - 10 possunt pro potest.
- 6 - 11 illum pro illam.
- 12 in tabula: antetheogn. pro antheth.
- 13 - 5 syllabarum pro sylbabarum.
- 16 in tabula carm. pro curm.

[The text on this page is extremely faint and illegible. It appears to be a dense block of text, possibly a list or a detailed account, but the characters are too light to transcribe accurately.]